

gla ionathe.
Ubi demetrius filius demetrii accepit regnum et missum ab eo apollonium et expugnauit ionathan.
Ubi ionathas uenit ad scalonia cum gla et mittit ei alexander fibula maurea.
Ubi ptolomeus rex surrexit contra alexandrum et oblata ab eo filia sua dedit demetrio eoque duo regna habuerit.
Ubi occiditur alexander rex ad gaddi el arabe et de morte ptolomei regis.
Ubi demetrius regnus confirmat fedus cum ionatha et quietis omnibus dimisit exercitum demetrius.
Ubi trifon erigit regem antiochum filium alexandri. aduersus demetrium et auxilio iudeorum saluatur et perfidus existit.
Ubi uictus est demetrius a trifone et antioco.
De amicitiis antiochi cum ionatha et symone.
Ubi ionathas pugnauit cum alieni genus et recuperata uirtute expugnauit eos.
Ubi ionathas legatos mittit romanis et spartiatis de renouatione amicitie et pacis.
Ubi principes demetrii cum exercitu fugat ionatha et percussit arabas qui uocatur zabadei.
Ubi trifon ad sumere uolens regnum antiochi et dolo agit cum ionatha et aput ptolomaidam conclusus est.
Ubi symeonem loco fratrum eius exercitus ducem constituit et de morte ionathe.
Ubi trifon occidit antiochum et regnauit pro eo.
Ubi demetrius constituit pacem cum symone et tributa dimisit.
Ubi symon expugnans gazam exhortatus est dextras dedit et filium suum ducem constituit.
Ubi congregauit rex demetrius exercitum suum et abiit ad mediam ad contrahendas sibi auxilia ut expugnaret trifonem et misit arsaces rex perfidis et medie principem suum et uiuum comprehendit demetrium et posuit eum in custodia.
Ubi captus demetrius est a rege persidis et abitus in custodia et de sublimitate et potentia symonis et quieuit terra.
Rescripta pacis ad symonem a spartiatis.
Ubi populus iudeorum titulos glorie symonis duci sue statuerunt tabulis eneis.
Ubi antiochus demetrii filius accepit regnum patrum et conuiuatus symoni persecutus est triphonem et fugauit.
Rescripta romanorum pacis cum symone constitute ad ptolomeum regem et ceteros.
Ubi antiochus demetrii rupta pace mittit cendebeum ad debellandam iudeam et ipse persequitur trifone.
Ubi symon mittit duos filios suos ad cendebeum ducem ptolomei expugnandum.
Ubi filii symonis uicerunt cendebeum et iudas filius symonis uulneratus est.
Ubi ptolomeus filius abobi occidit symonem cum filiis suis in conuiuio et iohannis filius symonis occidit eos qui uenerant perdere eum.

Incipit liber machabeorum primus.

ET PACTVM EST post quam percussit alexander philippi macedo qui primus regnauit in grecia egressus de terra cethim percussit danum regem persarum et medorum constituit prelia multa et omnium optinuit munitiones et interfecit reges terre et pertransit usque ad fines terre. Et accepit spolia multitudinis gentium et siluit terra in conspectu eius. Et congregauit uirtutem et exercitum fortem nimis et exaltatus est et eleua

Incipit prologus sancti ieronimi presbiteri in libros machabeorum.

Machabeorum liber licet non habeatur in canone hebreorum tamen ab ecclesia inter diuinorum librorum annumeratur hystorias prenotat prelia inter hebreorum duces persarum pugnam quoque sabbatorum et nobilem machabeorum triumphum pacium quoque amicitiarum cum romanorum ducum atque legionum. Machabei .vij. fratres ab una matre machabea nomine geniti custodientes legem dei et patres fortitudines tamen manducantes carnem porcinam obliti ab antiocho rege siuissimo mantiaria martirii gloria coronati sunt cum matre sua atque sepulti cum magna uenerationem ibi requiescunt. Machabeorum libri duo prenotant prelia inter hebreorum duces persarum gentem pugnam quoque sabbatorum et nobiles machabei ducis triumphos. exercitus nomine et libri idem sunt nuncupati. hec quoque hystoria continet et inclita illa gesta machabeorum fratrum qui sub antiocho rege persarum legibus dum tormenta pressi sunt. Quos mater cum diuersis suppliciis urgerentur non solum non fleuit sed et gaudens hortabatur ad gloriam passionis. Explicit prologus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_17/0724
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG